Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



58

& in montem quem ostendero tibi. & ibi offer mihi
filium tuum; non in profundis terrae. nec in
convallibus florum. sed in altis & excelsis montibus
offer filium tuum., Ostende. quia fides in deo for
tior est. quam cernis effectus; amabat enim
inquit abraham isaac filium suum sed amori
carnis. praeferebat amorem dei. & inventus est.
non in visceribus carnis. sed in visceribus xpi. ∣ deest
in visceribus verbi dei & veritatis. & sapientiae.,
Extendit inquit abrahā manum suam ut accipe
re gladium & iugulare filium suum., abrahā.
abrahā; at ille dixit; ecce ego; Dixit; non in
tendas manum tuam super puerum. neque feceris ei quicquam;
nunc enim cognovi. quoniam times dm; In hoc
sermone solae obici non. quod dr nunc se cog
novisse dicat. quia abrahā timeret dm. quasi
quia ante ignoraverit. Sciebat dr. & non eum
latebat. quippe qui novit omnia antequam
fiant. sed propterea haec scripta sunt. quia
& tu credidisti quidem deo. sed nisi opera fidei
expleveris. nisi in omnibus praeceptis & iam diffi
cilioribus pareris. nisi sacrificium obtuleris.
& ostenderis quia nec patrem nec matrem nec
filios praeferes deo. non agnoscaris quia times dm.